



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae
Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros
distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius
Coloniae Agrippinae, 1674**

LVII. Ad August Domino. Omni quidem temp

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

contra hæreticum nostra laudare. Sancti filij communes, Albinus, Apitianus, & Melania plurimū vos salutant. Has literas de sancta Bethlehem, sancto presbytero Innocentio tradidi perferendas. Neptis vestra Paula miserabiliter deprecatur, ut memores ejus sitis, & multū vos salutat. Incolumes vos & memores mei Domini nostri Jesu Christi tueatur clementia Domini verè sancti, atque omnium affectione venerabiles patres.

LVI. Hieronymus Augustino Episcopo Hipponeensi.

De quo sentit & loquitur honorifice ob zelum
illius in fide contra hæreticos afferenda.

Dominō sanctō ac beatissimō Patri Augustino Hieronymus. Omni quidem tempore beatitudinem tuam eo, quo decet, honore venu-tatus sum, & habitantem in te dilexi Dominum Salvatorem. Et nunc, si fieri potest, cumulo aliquid addimus, & plenē complemus, ut absquā tui nominis mentione ne unam quidem horam præterire patiamur, qui contra flantes ventos ardore fidei perstitti, & maluisti, quantum in te fuit, solus liberari de Sodomis, quām cum Gen. 19. pereuntibus commorari. Scit quid dicam prudētia tua. Macte virtute, in orbe celebraris: Catholici te conditorem antiquæ rursus fidei venerantur atque suspiciunt: & Quod signum Augusti majoris gloriæ est, omnes hæretici detestantur, nisi com- & me pari persequuntur odio, ut quos gladijs mēdatis, nequeunt, voto interficiant. Incolument & mei memorem te Christi Domini clementia

E 3

tuca-

A. 11

4 2

34 D HIERON. EPIST.
tueatur, Domine venerande & beatissimi
Papa.

LVIII. Hieronymus Marcellino & Anapsychi,
origine anima narrat diversas veterum sententias
& Augustinum consulijubet, qui & ipse de origine
anima scripsit. Excusat etiam bella & publicos
motus, quominus absolvat suos in Ezechiem commentarios.

Dominis verèsanctis, atque omni officio
charitate venerandis filijs Marcellino,
Anapsychiæ Hieronymus in Christo salute
Tandem ex Africa vestræ literas unanimitatibus
cepi. Et non me pœnitet impudentia, quâ taciti
tibus vobis epistolas meas frequenter ingessi,
rescriptum mererer: & vos esse hospites, non
annuntiantibus, sed vestro potissimum sermone
gnoscerem. Super animæ statu memini vel
quæstionculæ, imò maximè Ecclesiasticæ qua
tionis: utrum lapsa de cœlo sit, ut Pythagoras
philosophus, omnesque Platonici & Orientales
putant: an à propria Dei substantia, ut Stoici, Ma
nichæus & Hispaniæ Priscilliani heresies suspi
cantur: an in thesaure habeantur Dei, olim con
ditæ, ut quidam Ecclesiastici stultæ persuasiones
confidunt: an quotidie à Deo siant & mittantur
in corpora, secundum illud quod in Evangelio
scriptum est: Pater meus usque modo operatus
& ego operor, an certè extraduce, ut Tertullianus,
Apollinarius, & maxima pars Occidentium
autumant: ut quomodo corpus ex corpore
sic anima nascatur ex anima, & simili cum bruto.

Ioan. 5,9